FACTVM

CIRCA PROPOSITIONES LIBRI CVI TITVLVS.

LE MIROIR DE LA PIETE' CHRESTIENNE, OV L'ON considere avec des reflexions morales, l'enchaînement des veritez Catholiques de la predestination, & de la Grace de Dieu, & leur alliance avec la liberté de la creature.

Par FLORE DE SAINTE FOY.


A LIEGE, chez PIERRE BONNARD. M. DC. LXXVII.

EX QVIBVS FIDELITER EXTRACTIS, ET COLLECTIS, collatisque cum Iansenianâ doctrinâ, clarè patet, illas prava & hæretica dogmata continere, ab Ecclesiâ Catholicâ sæpiùs damnata; & falsò D. Augustino adscribi; quamvis frudulenter inversa & detorta.

TRIBUS COLUMNIS DIGESTUM OPUS.

Quarum 1ª speculi errores, hæreses, impietates, & blasphemias. 2ª Jansenij damnata dogmata, ex quibus speculi Author suos errores, hæreses, impietates, & blasphemias hausit. 3ª Doctrinam Ecclesiæ Catholicæ contentam in Scripturis Sacris, Conciliis, & Patribus orthodoxis continet. Hic est operis totius Typus.

Authore D. ANDREA SANGUIN, *Presbitero Canonico Theologo Ecclesiæ Collegiatæ & Regiæ Sancti Andreæ Gratianopolis.*





GRATIANOPOLI,

Typis CLAVDII FAVRE Bibliopolæ, in Foro Mali-Consilij.

M. DC. LXXVIII.

CVM APPROBATIONE ET PERMISSV.



FACTVM

CIRCA PROPOSITIONES LIBRI CVI TITVLVS

Le Miroir de la pieté Chrestienne, où l'on considere avec des reflexions morales l'enchainement des veritez Catholiques de la predestination & de la Grace de Dieu, & leur alliance avec la liberté de la creature: Par FLORE DE SAINTE FOY.

A LIEGE, *Chez* PIERRE BONNARD, 1677.

Ex quibus fideliter extractis, & collectis, collatisque cum Ianseniana doctrina claré patet, illas prava & hæretica dogmata continere, ab Ecclesia sæpius damnata, & falsò D. Augustino adscribi, quamvis fraudulenter inversa & detorta.

PREMIERE PROPOSITION de Iansenius, condamnée par les Souverains Pontifes Innocent X. & Alexandre VII.

QVelques Commandemens de Dieu sont impossibles aux hommes justes selon les forces qu'ils ont en l'estat où ils se trouvent, bien qu'ils veulent & s'éforcent de les accomplir, & la grace qui les rend possibles leur manque.

Doctrine tirée du Miroir de pieté, p. 163. circa medium.

Donc il n'arrive pas toûjours que celuy qui veut le bien, ait en mesme temps le pouvoir de le faire. *pag. eâdem circa finem.*

CONSIDERATION.

Qui peut douter de la verité de cette conclusion, s'il est certain, comme il est, qu'un *Iuste* mesme n'a pas

PRIMA PROPOSITIO Ianſenij damnata à summis Pontificibus Innocentio X. & Alexandro VII.

ALiqua Dei præcepta hominibus justis volentibus & conantibus secundum præsentes quas habent vires, sunt impossibilia, deest quoque gratia qua possibilia fiant.

Iansenius tom. 3. lib. 3. c. 13.

Ex hac indubitatâ doctrinâ, quædam non parui momenti, ad hanc rem spectantia inferuntur & clarescunt. Primùm quidem esse quædam homini præcepta secundum statum & vires in quibus constitutus est impossibilia.

Secundum non adesse semper gratiam quâ possimus, hoc est quâ illa eadem præcepta implere sufficiamus.

Tertium hanc impotentiam reperiri non solùm in excæcatis, ob

DOCTRINA ECCLESIÆ Catholicæ Apostolicæ Romanæ circa primam propositionem Jansenij damnatam.

ALiqua Dei præcepta &c *Deuteronomij 30. v. 11.*

Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie non suprà te est neque procul positum; sed juxta te est sermo valde in orte tuo & in corde tuo, ut facias illum.

Prov. 4. v. 11.

Viam sapientiæ monstrabo tibi, ducam te per semitas æquitatis, curtens non habebis offendiculum.

Matth. 11. v. 28.

Iugum meum suave est, & onus meum leve.

Lucæ 9. v. 21.

Regnum Dei intra vos est.

1. Corint. 10. v. 13.

Fidelis Deus qui non patietur vos tentari supra, id quod potestis, sed faciet

quelquefois la grace qui luy donne un pouvoir prochain, & vrayement suffisant pour obeïr à la Loy de Dieu, quoy quil en ait quelques foibles desirs.

Pag. 164. circa finem.

Que d'Ames justes disent dans le gemissement de leur cœur, que si elles pouvoient ce qu'elles veulent, elles ne commettroient jamais aucun peché, & qu'il n'y a point de bien qu'elles ne fissent.

Pag. 165. ante medium.

Il est vray que si l'homme vouloit fortement, il feroit le bien qu'il veut; mais aussi est il vray que c'est son impuissance qui fait la foiblesse de sa volonté, & que s'il estoit en luy de vouloir plus fortement, il formeroit des resolutions qui surmonteroient toutes les repugnances, car il desire mesme d'avoir une volonté plus forte, mais *Dieu ne la luy donne pas toûjours.*

Page 161. circa initium.

Donc il arrive quelquefois qu'un homme juste n'a pas une grace qui luy donne un pouvoir prochain & suffisant pour garder un Commandement de Dieu, quoy qu'il en ait quelque desir, & qu'il fasse mesme quelque effort, mais trop foible pour satisfaire à ce qui luy est commandé.

duratis & infidelibus, sed etiam in fidelibus & justis.

Quartum hanc impossibilitatem fidelibus accidere, non tantùm quando nolunt præcepta servare, sed etiam quando volunt.

Hæc igitur omnia plenissimè planissiméque demonstrant nihil esse in S. Augustini doctrinâ certiùs ac fundatiùs, quam esse præcepta quædam, quæ hominibus, non tantum infidelibus, excæcatis & obduratis, sed fidelibus, quoque & justis volentibus & conantibus, secundum præsentes quas habent vires sunt impossibilia; Deesse quoque gratiam quâ fiant possibilia.

Hoc enim sancti Petri exemplo, alijsque multis quotidie manifestum esse Qui tentantur ultrà quam possunt sustinere &c. *Ita Iansenius ibid.*

Consonat Calvinus l. 2. inst. c. 7. §. 5. initio.

Quod autem impossibilem legis observationem diximus, id est paucis verbis explicandum, simul & confirmandum. Solet enim vulgò absurdissima sententia videri, ut Hyeronimus non dubitaret anathema illi denunciare. Quid visum sit Hyeronimo nihil moror, &c.

Idem lib. 3. Insti. c. 24. §. 16. circa finem.

Salvum tamen manet quod doceo, reprobos Deo exosos esse, & quidem optimo jure, quia ejus spiritu destituti, nihil proferre queunt, quam maledictionis causam.

etiam cum tentatione proventum, *ut possitis sustinere.*

1. Ioan. 5. v. 3.

Mandata ejus gravia non sunt.

Concil. Arausicanum c. 25.

Hoc etiam secundum fidem Catholicam credimus, quod acceptâ per Baptismum gratiâ, omnes Baptisati Christo auxiliante, & cooperante quæ ad salutem pertinent possint & debeant, si fideliter laborare velint, adimplere.

Concil. Trident sess. 6 c. 11.

Nemo temerariâ illâ & à patribus sub anathemate prohibitâ voce uti debet, Dei præcepta homini justificato, ad observandum esse impossibilia. Nam Deus impossibilia non jubet, sed jubendo monet, & facere quod possis & petere quod non possis, & adjuvat ut possis.

Idem Can. 18. ead. sess.

Si quis dixerit Dei præcepta homini etiam justificato, & sub gratiâ constituto, esse ad observandum impossibilia anathema sit.

SS. PP.

D. Basilius in orat. attende tibi.

Impium est dicere impossibilia esse spiritus præcepta.

D. Chrysostom. hom. 16. in Epistolam ad Hebreos.

Non potes dicere non possum, neque accusare condi-

Pag. 161. in fine. Page 162. initio.

C'est une suite necessaire qu'un juste qui viole quelque Commandement de Dieu, n'a point eu de grace qui luy donnast un pouvoir prochain de le garder, quoy qu'il ait eu quelques foibles desirs, & qu'il ait mesmes fait quelques efforts pour observer cette Loy, & satisfaire à cette obligation.

torem; si enim impotentes nos fecit; & deinde imperar, culpa ejus est. Quomodo ergo, inquis, multi non possunt? Quomodo ergo multi nolunt? Si enim voluerint omnes poterunt: habemus quippe cooperatorem & adjutorem Deum; tantùm velimus, tantùm accedamus opere ad rem ipsam.

S. Hyeron. in cap. 5. Matth.

Sciendum Christum non impossibilia præcipere, sed perfecta.

S. Augustinus l. 2. de peccator. merit. & remiss. c. 3.

Nec præciperet Deus homini, quod esset humanæ impossibile voluntati.

Idem lib. de naturâ & grat. c. 67.

Veniamus ad nos, item inquit, Augustinus Episcopus in libris de libero arbitrio quæcumque ista causa est voluntatis: si non potest ei resisti, sine peccato ei ceditur; si autem potest, non ei cedatur, & non peccabitur. An fortè fallit incautum? Ergo caveat ne fallatur. An tanta fallacia est, ut caveri omninò non possit? Si ita est, nulla ergo peccata sunt; quis enim peccat in eo quod caveri nullo modo potest? Peccatur autèm, ergo potest; agnosco, verba mea sunt.

Paulo infrà.

Sive ergo immineat (tentatio) sive insit, caveri potest.

Idem de Peccat. merit. & remiss. l. 2. c. 6.

Dubitare non possum, nec Deum impossibile aliquid homini præcipisse, nec Deo ad opitulandum & adjuvandum, quo fiat quod jubet, impossibile aliquid esse; ac per hoc potest homo, si velit, esse sine peccato, adjuvante Deo.

Idem ser. 191. de tempore.

Execramur blasphemiam eorum qui dicunt impossibile aliquid homini à Deo esse præceptum; & mandata Dei non à singulis, sed ab omnibus in communi posse servari.

CIRCA SECUNDAM IANSENII PROPOSITIONEM DAMNATAM.

SECONDE PROPOSITION de Jansenius, condamnée par les Souverains Pontifes Innocent X. & Alexandre VII.

DAns l'estat de la nature corrompuë, l'on ne resiste jamais à la grace interieure.

Doctrine du Miroir de pieté, pag. 101. in principio.

Donc sans un secours qui soit efficace (c'est à dire, qui par *La Force* de sa douceur fasse *invinciblement* faire le bien dont il inspire l'amour) l'on ne peut en cét estat de corruption, ny eviter aucun mal, ny faire aucun bien veritable.

Eadem pag. circa finem.

Si avec une grace, dont l'usage seroit soûmis à nôtre liberté, l'homme ne peut se determiner au bien, comme l'on a cy-dessus consideré; il faut advoüer que pour vaincre le peché, & faire le bien, il a besoin d'une grace qui soit plus forte que sa cupidité.

Pag. 103. circa principium.

Car si vous n'abandonnez plus vostre grace à ma liberté, c'est que vous voulez que je m'abandonne à vous.

Pag. 104. propè finem.

Mais l'homme s'estant fait par son crime l'esclave du peché, & de ses cupiditez, ce

SECUNDA PROPOSITIO Iansenij damnata à summis Pontificibus Innocentio X. & Alexandro VII.

INteriori gratiæ in statu naturæ lapsæ nunqam resistitur.

Iansenius tom. 3. l. 2. c. 4.

Adjutorium medicinæ, in eo distinguitur ab adjutorio sanitatis, quod cum illo salva maneret, illa libertatis in utramque partem Flexibilis *indifferentia istud autem* invictè *faciat ut voluntas hoc vel illud arbitretur & velit.*

Ibidem.

Gratia lapsæ Ægrotæque voluntatis, nullo modo in ejus relinquitur arbitrio; ut eam deserat, aut arripiat si voluerit: sed illa est potius ipsa postrema gratia, quæ invictissimè *facit ut velit.*

Ibidem c. 6.

Adjutorium Christi invictè *donat sui & voluntatis usum.*

Ibidem c. 14.

Totam Doctrinæ Augustini molem in istum tanquam scopum collimare; ut Christiani credant, & qui possunt intelligant, non liberum arbitrium esse, quod reddat auxilium efficax, vel inefficax, quod sit causa cur hic & nunc influat in opus quod possit gratiæ efficaciam, vel influxum in opus impedire.

Ibidem c. 24.

Quamobrem sextò Augustinus gratiam Dei ita victricem statuit supra voluntatis arbitrium, ut non

DOCTRINA ECCLESIÆ super secunda Jansenij propositione damnata.

INteriori gratiæ, &c.

Proverb. 24.

Vocavi & renuistis, extendi manum meam, & non erat qui aspiceret.

Isaiæ 5.

Quid est quod ultra debui facere vineæ meæ & non feci? an quod expectavi, ut faceret uvas & fecit lubrusias?

Idem c. 65.

Expandi manus meas totâ die ad populum incredulum, &c. qui ad iracumdiam provocant me ante faciem meã semper.

Psalm. 74.

Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra.

Matthæi 22. c. v. 3.

Misit vocare invitatos ad nuptias & nolebant venire.

Idem c. 23.

Quoties volui congregare filios tuos quemadmodum Gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti.

Actor. 7.

Vos semper Spiritui Sancto resistitis, durâ cervice & incircumcisis cordibus & auribus.

Roman. 2. c.

Beni

ce n'eſt plus aſſez pour luy de ce ſecours, avec lequel il puiſſe, s'il veut rechercher la juſtice, puiſque n'ayant plus de liberté ny d'inclination pour la veritable vertu, il ne peut plus vouloir ny aimer que le peché, s'il n'eſt prevenu *d'une puiſſante grace*, qui gueriſſe efficacement ſes playes, & luy rende une plus forte liberté.

Pag. 95. in medio.

Et 2. l'homme corrompu a beſoin d'un ſecours *plus puiſſant* que celuy qui a eſté donné à l'homme innocent pour eviter le mal & faire le bien.

Pag. 212. circa medium.

Neantmoins quelque *invincible* que ſoit la grace, qui amolit ſi tendremẽt le cœur, *Qu'il ne* luy reſiſte jamais ?

Pag. 213. paulo ante medium.

Qu'y a-t'il de plus doux & de plus fort que la grace ? qui n'eſtant que plaiſir & amour, gagne *invinciblement* la volonté la plus rebelle, qui luy cede ſans contrainte, parce qu'elle le veut.

Pag. 218 in fine, pag. 219. initio.

Qui me doit humilier, en me faiſant connoiſtre que ſi *je ne vous reſiſte pas*, c'eſt la ſeule force de voſtre grace, qui m'attache *inſurmontablement* à vous.

Pag. 152. in fine. Pag. 153. initio.

Donc ſans un ſecours efficace, qui previent noſtre

non rarò dicat, hominem operanti Deo per gratiam non poſſe reſiſtere.

Ibidem.

Quod ſi quis adhuc luculentiùs naturam gratiæ medicinalis, prout ab Auguſtino intellecta deſcriptaque eſt, audire expreſſè & intelligere deſideret, videbit non talem gratiam ab eo prædicatam eſſe, qualem nonnulli recentiores tradunt, ſed prorſus talem, quæ ſimul ac pulſat fores, rumpit hoſtia *repugnantemque domat voluntatem*, tollit *omnem ejus reſiſtentiam*; *rapit eam ſecum*, & *ex invita volentem, ac ſe determinantem, ineffabili ſuavitate ac poteſtate facit.*

Ibid. c. 25.

Quod perinde eſt, ac ſi diceret apertiſſimè Auguſtinus, nunquam illa gratia caret effectu ſuo; ideo quippe tribuitur, ut duritia cordis ſeu voluntatis ablatâ, quâ ſolâ impeditur operatio, non careat effectu ſuo.

Ibid. c. 27.

In argumento capitis, quomodo nulla Chriſti gratia effectu caret; & deinde reſpondebit fortaſſis aliquis, hæc omnia quæ probavimus, Auguſtinum de gratiâ tantùm efficaci tradidiſſe; nihil verò impedire, quin nonnullæ aliæ gratiæ per hominis voluntatem effectu careant. Reſpondeo nihil verius dici poſſe, quam quod omnia quæ hactenus protulimus de gratia efficaci Auguſtinus dixerit, atque intellexerit; cujus rei cauſa eſt, quod nullam agnovit

Benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit; tu autem ſecundum duritiam tuã, & impœnitens cor tuum theſauriſas tibi iram in die iræ.

Secundæ Corinth. 6.

Exhortor vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis

Apocalipſis 3

Ego ſto ad oſtium & pulſo, ſi quis aperuerit mihi Ianuam intrabo ad *illum*. Ergo non rumpit hoſtia.

Canticor. 5.

Aperi mihi ſoror mea ſponſa, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei Guttis noctium. (Reſpondet ſponſa) expoliavi me tunicâ mea, quomodo induar illa? lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos?

Concil. Trid. ſeſſ. 6. c. 5.

Per ejus excitantem atque adjuvantem gratiam, ad convertendum ſe ad ſuam ipſorum juſtificationem *Eidem gratiæ liberè aſſentiendo & cooperando diſponantur*, itaut tangente Deo cor hominis per Spiritus Sancti illuminationem, *Neque homo ipſe nihil omnino agat, inſpirationem illam recipiens*, quippe qui *& illam abjicere poteſt*, &c.

Idem c. 11.

Deus namque ſuâ gratiâ, ſemel juſtificatos non deſerit, niſi ab eis prius deſeratur.

volonté, nous ne pouvons rien. Et alors que Dieu nous previent de la douceur de ses misericordes, *nostre volonté* se rend *invinciblement* à ses attraits, selon les desseins que Dieu a sur elle.

Pag. 150. infrà medium.

Ie confesse donc, mon Dieu, que les attraits de vôtre grace sont si puissants, qu'elle *enleve* tous les cœurs qu'elle tuoche.

Pag. 154.

Qui ne voit que lors que Dieu nous previent de ses graces, nostre volonté pour rebelle qu'elle soit, *cede invinciblement* à ses attraits, selon les desseins que Dieu a sur elle?

Pag. 156. initio.

Puisque nous ne pouvons rien sans une grace qui soit efficace, c'est à dire qui nous donne de faire, & si nostre volonté se rend *invinciblement* aux attraits de cette grace, sans laquelle nous ne pouvons rien.

Pag. 157. circa medium.

Donc en cét estat l'on ne *rejette* jamais la grace qui donne un plein pouvoir de faire.

Christi gratiam; nec agnoscere potuerit, nisi regulas omnes fundamentales, quibus innixus, naturam gratiæ medicinalis tradidit, & explicuit, vellet interimere, ibid.

Quamobrem quicumque animadvertit omnia quæ de adjutorio gratiæ medicinalis, ex Augustino diximus, de gratiâ quadam Potentissima, *quam recentiores efficacem suo sensu vocant, esse intelligenda,&c. consequēter etiam, hoc animadvertere debet, non aliam Christi gratiam medicinalem in scriptis ejus reperiri.*

Ibid. c. 28.

Isti inquam gratiæ primi hominis ostendimus directè repugnare gratiam Christi tanquam quæ non relinquit voluntatem in isto æquilibrio, sed illud auferat, & efficiat ut velit, ideò quippe tribuitur, ut duritia seu resistentia cordis penitùs auferatur.

Ibid. c. 29.

Docent ipsimet recentiores cùm omnibus istis gratiis, optimè consistere posse ut voluntas iis excitata, & suasa atque prolecta nolit *quod certissimum est illi gratiæ repugnare medicinali, quam Augustinus lapsis hominibus dari, illa enim* Duritiam cordis, hoc est nolitionem aufert, & ex nolente volentem facit; quod si non *facit, non est illa quam quærimus.*

Ibid c. 32.

Cujus rei si quis radicem scire velit, meminisse debet, nullam

Ibidem c. 13.

Deus enim, nisi ipsi illius gratiæ defuerint, sicut cœpit opus bonum, ita perficiet, operans velle & perficere.

Idem ead. sess. Can. 4.

Siquis dixerit liberum hominis arbitrium, à Deo motum, & excitatum; nihil cooperari assentiendo Deo excitanti atque vocanti, quo ad obtinendam justificationis gratiam se disponat ac præparet; neque posse dissentire si velit, sed velut inanime quoddam nihil omnino agere, meréque passivè se habere anathema sit.

Concil. Senonense 1528. Decreto fidei 15.

Non est tale trahentis gratiæ auxilium, cui resisti non possit.

D. Chrysost. hom. 82. in c. 26. Matth.

Dei vocatio nullum cogit, nec mentem eorum qui virtutem volunt contemnere, ullo modo violentat; sed hortatur quidem ac consulit, & omnibus modis bonos esse persuadet; si verò aliqui reluctentur; nullo modo cogit.

Idem hom. 46. in Ioan. 6. c.

Non enim vi & necessitate quadam Deus bonos facere consuevit; neque electio ejus violenta est, sed suasoria, ut enim intelligas non cogere vocationem, multos vocatos perire contingét.

gratiam actualem ex Augustino, pro illâ vera Christi gratiâ agnosci, quam tanquam medicus infirmæ voluntatis attulit, nisi quæ agit & peragit effectum.

Ita sentit Calvinus l. 2. inst. c. 3. §. 10.

Sic voluntatem movet, non qualiter multis sæculis traditum est & creditum ut nostræ postea sit electionis motioni aut obtemperare aut refragari, sed illam, efficaciter afficiendo; illud ergo toties à Chrysostomo repetitum repudiari, necesse est. Quem trahit, volentem trahit; quod insinuat Dominum porrectâ tantum manu expectare, an suo auxilio juvari nobis adlubescat.

Quamobrem constat *in nostro esse arbitrio an salvemur an perdamur.*

D. August. l. de Spirit. & liter. &c.

Misericordia Dei prævenit nos, consentire autem vocationi Dei, vel ab eâ dissentire nostræ voluntatis est.

Idem ad simplician. l. 1. q. 2

Noluit ergo Esaü & non cucurrit, sed etsi voluisset & cucurrisset, Dei adjutorio pervenisset, quia ei etiam velle & currere vocando præstaret, nisi vocatione contemptâ reprobus fieret.

Idem l. 83. qq. q. 68.

Ad illam enim Cænam quam dicit Dominus in Evangelio præparatam, nec omnes qui vocati sunt venire voluerunt; neque illi qui venerunt venire possent, nisi vocarentur; itaque nec illi debent sibi tribuere quia venerunt, quia vocati venerunt; nec illi qui noluerunt venire debent alteri tribuere, sed tantùm sibi; quoniam ut venirent vocati erat in libera voluntate.

D. Thom. l. 3. in c. 2. Epistolæ ad Rom.

Velle adjacet mihi, id est propinquum est mihi, quasi sub mea potestate constitutum. Quia velle adjacet mihi scilicet per gratiam reparato, & ex operatione Divinæ Gratiæ.

Idem 1. p. q. 62. a. 3. ad 2.

Omnis forma inclinat suum subjectum secundum modum naturæ ejus. Modus autem naturalis intellectualis creæturæ est, ut liberè feratur in ea quæ vult, & ideo inclinatio gratiæ non imponit necessitatem; sed habens gratiam potest eâ non uti & peccare.

Idem 1. 2. q. 106. ar. 2. ad 2.

Dicendum quod gratia novi Testamenti etsi adjuvet hominem ad non peccandum, non tamen ita confirmat in bono ut homo peccare non possit. Ideo siquis post acceptam gratiam novi Testamenti peccaverit, majori pœnâ est dignus tanquam majoribus beneficiis ingratus, & auxilio sibi dato non utens; nec tamen propter hoc dicitur quod nova lex iram operatur. Quia quantùm est de se *sufficiens auxilium dat ad* non peccandum.

Innocentius X.

Secundam. Interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur, hæreticam dedeclaramus & uti talem damnamus.

CIRCA TERTIAM IANSENII PROPOSITIONEM DAMNATAM.

TROISIEME PROPOSITION de Jansenius, condamnée par les Souverains Pontifes Innocent X. & Alexandre VII.

POur meriter, ou demeriter dans l'estat de la nature corrompuë, l'homme n'a pas besoin de la liberté qui exclud la necessité, mais il suffit qu'il aye celle qui exclud la contrainte.

Doctrine du Maison de pieté, pag. 203. circa finem.

Que la liberté se peut allier avec toute autre necessité que celle qui detruit la volonté, comme est la necessité que l'on appelle *de contrainte*, ou celle que l'on nomme *de nature*, où l'on n'agit pas par ce que l'on veut, ny par discernement.

Pag. 102.

Enfin la puissance de vouloir ou de ne vouloir pas, de vouloir cét objet, ou d'en vouloir un autre, ne fait point l'essence de la liberté. Et cette puissance n'est point necessaire pour faire qu'une action soit veritablement & essentiellement libre.

Pag. 206.

Donc l'essence de la liberté ne consiste point en l'indifference, que l'on nomme *de contradiction*, ny en celle que l'on appelle *de contrarieté*, &c. quoy qu'il ne soit pas tost-

SECUNDA JANSENIJ propositio damnata à summis Pontificibus Innocentio X. & Alexandro VII.

A*D merendum & demerendum in statu naturæ lapsæ; non requiritur libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione.*

Iansen. tom. 3. l. 6. c. 6.

Submotâ necessitate dominante, premente cogente, nullam aliam timet Augustinus libertati voluntatis, ubi de necessitate determinationis ad unum eum imprimis loqui, manifestissimè liquet.

Ibid. c. 9.

Multò invictiùs demonstrat, simplicem illam necessitatem; sublatâ omni omnino indifferentiâ, & contrarietatis, & contradictionis, non officere libertatis arbitrio.

Ibid. c. 12.

Nunquam interitum libertati timet Chrysostom. nisi à necessitate violentiæ atque coactionis.

Ibid. c. 10.

Illam tantùm necessitatem, quæ instar ponderis premit, cogitque tollere libertatem.

Ibid. c. 13.

Non requirit aliud ad libertatem nisi ut remplacitam sponte velit aut appetat, nulla cujusquã indifferentiæ habitâ ratione.

Ibid. c. 20.

Hanc igitur quam produximus

DOCTRINA ECCLESIÆ contra tertiam Jansenij propositionem damnatam.

AD merendum vel demerendum in statu naturæ lapsæ, &c.

Gen. 4. v. 7.

Nonne si benè egeris recipies? sin autem malè, statim in foribus peccatum tuum aderit; sed sub te erit appetitus ejus, & tu dominaberis illius.

Deuteron. 30. c.

Considera quod hodie proposuerim in conspectu tuo vitam & bonum, & è cõtrario mortem & malum; ut diligas Dominum Deum tuum, & ambules in viis ejus & custodias mandata illius.

Paulò inferiùs.

Sin autem aversum fuerit cor tuum, & audire nolueris, atque errore deceptus adoraveris Deos alienos, & servieris eis; prædico tidi hodie quod pereas.

Paulò inferiùs.

Testes invoco hodie cœlum & terram, quod proposuerim vobis vitam & bonum, benedictionem & maledictionem; elige ergo vitam, ut & tu vivas & semen tuum.

Iosuë 24. v. 15.

Optio vobis datur, eligite hodie

toûjours besoin de celle qui met la volonté hors de toute sorte de necessité.

mus doctrinæ faciem, quæ libertatem arbitrij propriè dictā in immunitate à necessitate coactionis *collocat, scholastici vetustissimi ad vivum expressere.*

Ibid. c. 28.

Sed nonobstante immutabili necessitate, omnem omninò rationalem voluntatem, hoc est voluntatis motum, & liberam, & electivam objecti sui posuerunt; solâ exclusâ violentiæ, coactionisque necessitate.

Ibidem.

Hoc ipso quod rationalis voluntas est, nullam immutabilitatis, inevitabilitatis, vel quocumque voces nomine, sed solam coactionis *necessitatem ei repugnare.*

Ibid. lib. 7. cap. 10.

Quâ dictum est liberum arbitrium commune bonis & malis in eo situm esse, quod immune sit à necessitate coactionis.

Ibidem.

Solam coactionem *intellexisse qui libertatem eximunt à necessitate.*

Ibid. l. 8. c. 8.

Liberum arbitrium satis demonstrari ab Augustino, nullâ factâ mentione indifferentiæ.

Ibid. c. 19.

Nullam necessitatem actibus voluntatis liberis formidandum esse, sed solam vim, coactionem *&* necessitatem violentiæ, *reliquam verò quamcumque, & quamtamcumque necessitatem non esse timendam, ne libertatem auferat.*

Ibidem.

Libertatem à quâ liberum arbitrium dicitur, in experte coactionis *voluntate sitam esse. Solam* coactionis *necessitatem, ab arbitrij libertate submotam esse. Calvinum quoque in immunitate* coactionis *videri libertatem collocasse.*

Consentit Calvinus l. 2. inst. c. 2. §. 7.

Liberi ergo arbitrij hoc modo dicetur homo, non quia liberam habeat boni, æque ac mali electionem, sed quia malè voluntate agit; non coactione, *optimè id quidem, sed quorsum attinebat rem tantulam adeo superbo titulo insignire?*

Quarta propositio Iansenij damnata coincidit cùm secundâ dequâ satis suprà ordine suo.

hodie quod placet, cui servire potissimùm debeatis, utrùm diis quibus servierunt patres vestri in Mesopotamiâ? an diis Amorrhæorum, in quorum terrâ habitatis? Ego autem & domus mea serviemus Domino.

Ecclesiast. 15. v. 16.

Deus ab initio constituit hominem & reliquit illum in manu consilij sui. Adjecit mandata & præcepta, si volueris mandata conservare conservabunt te.

Apposuit tibi Aquam & Ignem, ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei dabitur illi.

Ecclesiast. 31. c.

Qui potuit transgredi, & non est transgressus, facere mala & non fecit.

Psalm. 118. v. 11.

Anima mea in manibus meis semper.

Machabæor. 2. c. 6.

Dominè qui habes sanctam scientiam manifestè tu scis, quia cùm à morte possem liberari, duros corporis sustineo dolores; secundùm animam verò, propter timorem tuum, libenter hæc patior.

Concil. Senonen. in. Decretis fidei Decret. 15.

Cùm reliquerit Deus hominem, in manu Consilij sui, apposueritque coram eo

Ignem & Aquam, bonum & malum, ut ad quodcumque voluerit porrigat manùm ſuam; nec abs re beatus ille dicatur, qui potuit tranſgredi & non eſt tranſgreſſus, facere mala & non fecit; quod ſub eo ſit appetitus ejus, & dominetur illius; ac denique percurrenti Sacram Scripturam paſſim obvium ſit, quod liberum utramvis in partem hominis arbitrium aſſeveret.

Enchiridion Synodi Colonienſis de Sacramento Pœnitentiæ.

Sole lucente libera eſt intuitio hominique liberum eſt oculos claudere; ne ſolis lumen admittat, aut aperire, ut recipiat. Haud ſecus impio liberum eſt, præveniente ſe divinæ illuminationis gratiâ, à peccato reſurgendi eam accipere, vel non accipere; Deo prævenienti, & per bonum cogitatum, ad pœnitentiam excitanti, dare, vel negare conſenſum; velle vel nolle pænitere.

Concil. Trid. ſeſ. 6. Can. 4. ut ſuprà. D. Auguſt. lib. de Spirit. & litt. c.34.

Conſentire vocationi Dei, vel ab eâ diſſentire propriæ volutatis eſt.

Idem de Geſt. cùm Felice Manichæo c. 4.

Habet unuſquiſque in voluntate aut eligere quæ bona ſunt, & eſſe arbor bona: aut eligere quæ mala ſunt, & eſſe arbor mala.

Paulò inferiùs ibid.

Hoc ergo Dominus dicens, aut facite illud, oſtendit eſſe in poteſtate quod facerent; & quia ſi bonum eligerent, præmium illius acciperent; ſi malum eligerent, pœnam illius ſentirenr.

Idem l. 83. qq. q. 24.

Nec peccatum, nec rectè factum imputari cuipiam juſtè poteſt, qui nihil fecerit propriâ voluntate. Eſt igitur peccatum & rectè factum in libero voluntatis arbitrio.

Idem l. 5. Hom. Hom. 16.

In tuo arbitrio Deus poſuit, cui pares locum, Deo, in diabolo.

Idem de civit. Dei l. 12. c. 6.

Si eâdem tentatione ambo tententur, & unus ei cedat, atque conſentiat, alter idem qui fuerat perſeveret; quid aliud apparet, niſi unum voluiſſe, alterum noluiſſe à caſtitate deficere?

Idem l. 3. de lib. arb. c. 1.

Si naturâ vel neceſſitate iſte motus exiſtit, culpabilis eſſe nullo pacto poteſt.

Idem lib. de ver. reb. c. 4.

Quoniam peccari non dubium eſt, nec hoc quidem dubitandum video habere animas liberum voluntatis arbitrium; tales enim Seruos ſuos meliores eſſe Deus judicavit ſi ei ſervirent liberaliter; quod nullo modo fieri poſſet, ſi non voluntate, ſed neceſſitate ſervirent.

Idem de lib. art. lib. 3. c. 1.

Motus quo huc aut illuc voluntas convertitur, niſi eſſet voluntarius, atque in noſtrâ poſitus poteſtate, neque laudandus, cùm ad ſuperiora, neque culpandus homo eſſet, cum ad inferiora detorquet quaſi quemdam Cardinem voluntatis; neque omninò monendus eſſet, ut iſtis neglectis, æterna vellet adipiſci; atque ut malè nollet vivere, vellet autem benè. *Idem eod. lib. 3. c. 18.*

Quis peccet in eo quod nullo modo caveri poteſt? peccatur autem, caveri igitur poteſt.

Idem lib. de Grat. & lib. arb. c. 2.

Si volueris, conservabis mandata, & fidem bonam placiti. Apponet tibi Ignem & Aquam; ad quodcumque volueris extende manum tuam. In conspectu hominis vita & mors; & quodcumque voluerit dabitur ei, &c. Inferiùs nemo ergo Deum causetur in corde suo, sed quisquis sibi imputet cùm peccat; neque cùm aliquid secundum Deum operatur, alienet illud à propria voluntate.

D. Thomas Aquinas in 2. dist. 25. art. 1. in corpore.

Iudicium de actione propriâ solummodo est in habentibus intellectum, quasi in potestate eorum constitutum sit eligere hanc actionem vel illam, unde & Dominium sui actus habere dicuntur; & propter hoc in solis intellectum habentibus liberum arbitrium invenitur; non autem in illis quorum actiones non determinantur ab ipsis agentibus.

Idem ibidem ad tertium.

In liberò arbitrio hoc modo agit Deus ut virtutem agendi ministret, & ipso operante liberum arbitrium agat; sed tamen determinatio actionis & finis in potestate liberi arbitrij constituitur, unde remanet sibi Dominium sui actus.

Idem contra Gent. l. 1. c. 88.

Liberum arbitrium dicitur respectu eorum, quæ non necessitate quis vult.

Idem ibidem l. 3. c. 73.

Quod voluntas sit causa contingens ex ipsius perfectione provenit, quia non habet virtutem limitatam ad unum; sed habet in potestate producere hunc effectum vel illum, propter quod est contingens ad utrumlibet.

Idem in quæst. disputatis q. 2. de potentiâ art. 3.

Voluntas in quantum voluntas est, cum sit libera, ad utrumlibet se habet, agere & non agere, velle & non velle, & si respectu alicujus voluntas sit determinata, hoc non est in quantùm voluntas.

Idem quod lib. 1. art. 7. ad 2.

Divina motio à quibusdam participatur cum necessitate ? à naturâ autem rationali cùm libertate; propter hoc quod virtus rationalis se habet ad oppositum; & ideo sic Deus movet mentem humanam ad bonum, quod tamen potest huic motioni resistere.

Idem in quæst. disputat. q. de malo q. 6. de electione.

Quidam posuerunt quod voluntas hominis ex necessitate movetur ad aliquid eligendum; nec tamen ponebant quod voluntas cogeretur; non enim omne necessarium est violentum, &c. Hæc autem opinio est hæretica, tollit enim rationem meriti, & demeriti; si enim non sit liberum aliquid in nobis, sed ex necessitate movemur ad volendum, tollitur de liberatio, exhortatio, præceptum, & punitio, & laus, & vituperium.

Idem 1. p. q. 83. art. 3. in corp.

Proprium liberi arbitrij est electio, ex hoc enim liberi arbitrij esse dicimur, quod possumus unum recipere alio recusato, quod est eligere.

Idem 1. 2. q. 9. art. 6. ad 3.

Sine universali motione homo non potest aliquid velle, sed homo per rationem determinat se ad volendum hoc vel illud.

Idem ibidem q. 119. art. 2. ad 1.

Homo eſt Dominus ſuorum actuum, & volendi, & non volendi, propter deliberationem rationis, quæ poteſt flecti, vel ad unam partem, vel ad aliam.

Idem 1. 2. q. 10. art. 4. in corp.

Quia voluntas eſt activum principium non determinatum ad unum, ſed indifferenter ſe habens ad multa; ſic Deus ipſam movet, quod non ex neceſſitate ad unum determinat, ſed remanet motus ejus contingens, non neceſſarius.

Innocent. X.

Tertiam. Ad merendum & demerendum in ſtatu naturæ lapſæ, non requiritur in homine libertas à neceſſitate, ſed ſufficit libertas à coactione. Hæreticam declaramus, & uti talem damnamus.

CIRCA QVINTAM IANSENII PROPOSITIONEM DAMNATAM A SEDE APOSTOLICA.

CINQUIEME PROPOSITION de Janſenius, condamnée par les Souverains Pontifes Innocent X. & Alexandre VII.

C'Eſt eſtre Semi-Pelagien de dire que IESUS-CHRIST eſt mort, ou a répandu ſon Sang generalement pour tous les hommes, IESUS-CHRIST eſt mort ſeulement pour le ſalut des predeſtinez.

Miroir de pieté, Pag. 125. in fine, & 126. initio.

Mais quoy qu'il ſoit mort pour tous les hommes, & que le prix de ſon Sang ait eſté ſuffiſant pour les racheter tous, ſans en excepter un ſeul; il n'eſt point toutefois mort dans le deſſein de meriter à un chacun des hommes ſans exception ny diſcernement, la gloire, & toutes les graces pour faire leur ſalut. *Pag.*

QUINTA JANSENIJ propoſitio damnata à ſummis Pontificibus Innocentio X. & Alexandro VII.

Semi-Pelagianum eſt dicere Chriſtum pro omnibus omnino hominibus mortuum eſſe, aut Sanguinem fudiſſe.

Chriſtus pro ſalute dumtaxat prædeſtinatorum mortuus eſt.

Ianſenius tom. 3. l. 3. c. 21.

Reſpondendum eſt hoc argumentum quod Chriſtus ſit Redemptor omnium, pro omnibus crucifixus & mortuus, jam olim ad nauſeam uſque, ad Pelagianis, præſertimque à Maſſilienſibus inculcatum fuit.

Ibidem.

Iuxta doctrinam antiquorum reſpuendum, tanquam errorem à fide Catholicâ abhorrentem, quod Chriſtus pro omnibus omnino paſſus, aut mortuus, aut pro omnibus tam generaliter Sanguinem fudit.

Ibid.

DOCTRINA ECCLESIÆ ſuper quintâ Janſenij propoſitione m damnatâ.

SEmi-Pelagianum eſt dicere Chriſtum, &c.

Iſaiæ 53. v. 6.

Poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrum.

D. Paul. Rom. 5. v. 18.

Sicut per unius delictum, in omnes homines per condemnationem; ſic & per unius juſtitiam, in omnes homines in juſtificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores cõſtituti ſunt multi; ita & per unius obediẽtiam, juſti conſtituentur multi.

Idem Roman. 8. v. 32.

Qui etiam proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum.

Ide

Pag. 128. circa medium, & in fine.

Quant à IESUS-CHRIST, qui ne pouvoit avoir autre volonté, que celle de son Pere, il n'a pû qu'il ne s'offrit à la mort pour meriter les secours du salut à tous ceux que le Pere Eternel avoit predestinés par le Sang de son Fils, qu'il en vouloit estre le liberateur.

Blasphemia.

Pag. 129.

Mais quelque empressement que sa charité luy donnast pour le salut des hommes, il n'a pû vouloir sauver ceux que son Pere abondonnoit à leur perte. Il n'a pû vouloir meriter la gloire à ceux qu'il sçavoit que la justice de son Pere avoit condamné à des supplices eternels.

Blasphemia tartareis flāmis, nunquam expianda.

Pag. 130 in fine.

C'est dans ces sentimens d'amour que IESUS-CHRIST verse son Sang, & qu'il meurt pour donner la vie au monde (c'est à dire au monde predestiné) à ceux qui useront du monde, comme s'ils n'en usoient pas.

Calvinus.

Pag. 132. ante medium & in medio.

Ah! que peuvent esperer ceux, qui n'ont d'attachement qu'à ce monde, pour qui IESUS-CHRIST n'est point? Que peuvent-ils attendre que leur damnation? ne soyez donc pas de ce

Impietas Calvini & Iansenij.

Ibidem.

Nec enim juxta doctrinam antiquorum, pro omnibus omninò Christus passus, aut mortuus est; aut pro omnibus omninò tam generaliter Sanguinem fudit. Prò primi generis hominibus, qui scilicet in fide & charitate perseverant usque in finem tanquam veris omnibus suis, vero populo suo, tanquam absolutè salvando, semetipsum dedit ac tradidit; pro istorum peccatis omnibus omninò delendis, & æternâ oblivione sepeliendis propitiatio est; pro istis ab omni malo liberandis rogavit patrem suum; non pro cæteris, qui à fide & charitate deficiētes, in iniquitate moriuntur.

Ibidem.

Vanum est & stultum, pro eo irritando, vel avertendo rogare Deum, quod immutabili decreto Sancitum & prædestinatum esse jam nosti vanum etiam pro talibus salvandis pati, mori, vanum pro talibus à perditione decretâ liberandis, offerre Patri vota, preces, mortem & Sanguinem suum.

Ibidem.

Quæ cum in Augustini, doctrinâ perspicua, certaque sint; nullo modo principiis ejus consentaneum est; ut Christus Dominus, vel pro infidelium in infidelitate morientium, vel pro justorum non perseverantium æternâ salute, mortuus esse, Sanguinem fudisse, semetipsum redemptionem dedisse, Patrem orasse sentiatur. Ex quo factum est, ut juxta sanctis-

Idem primæ Corinth. 8. v. 11.

Et peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est.

Idem primæ Corinth. c. 15. v. 20. 21 22.

Nunc autem Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientium, quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum, & sicut in Adam omnes moriuntur. ita & in Christo omnes viuificabuntur.

Id. secunda Corinth. c. 15. v. 14. 15.

Charitas enim Christi urget nos; æstimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est; ergo omnes mortui sunt; & pro omnibus mortuus est Christus, ut & qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit.

Primæ Timothæi 2. v. 1. 5. 6.

Obsecro igitur primùm omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus. Vnus enim Deus, & mediator Dei & hominum homo Christus IESUS, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, testimonium temporibus suis.

Primæ Timoth. 4. v. 10.

In hoc enim laboramus & maledicimur, quia speramus in Deum vivum, qui est

monde damné, pour qui IESUS-CHRIST n'a point prié.

Pag. 133.

Pour tous les autres qu'il laisse en la masse du peché, & pour lesquels il n'a point de pensées de salut, il ne leur prepare point des secours avec qui ils puissét, au moins d'un pouvoir prochain, arriver où il ne les destine pas.

Pag. 147. *ante medium.*

Mais la grace de IESUS-CHRIST n'est pas donnée à tous les hommes pour le commancement mesme du salut.

Pag. 149. *in medio.*

Que si Dieu n'a point de dessein de donner sa grace pour le commancement méme du salut, à quelques-uns, qu'il abandonne à leurs tenebres; il ne reste aucun doute que IESUS-CHRIST ne donne pas sa grace à tous les hommes.

simum doctorem, non magis Patrem pro æternâ liberatione ipsorum, quam pro diaboli deprecatus sit.

Ibidem.

Hinc etiam fluxit quod nunquam locum illum Apostolicum Deus vult omnes homines salvos fieri, *ad omnes omninò homines extendi passus fuerit, sed semper ita, quamvis per diversas interpretationes intellexerit, ut* in solis prædestinatis *effectum suum voluntas illa sortiretur.*

Ibidem.

Sicut ergo non voluit Augustinus voluntatem Dei ad salutem omnium omnino hominum extendi, sed illorum dumtaxat qui ex omni gente, & linguâ, ex omni hominum genere prædestinati sunt, ita nec voluit effectus istius voluntatis, hoc est mortem, Sanguinem, redemptionem, propitiationem, orationem Christi, ad omnes homines dilatari, sed vel ad solos illos qui prædestinati sunt, quatenùs pro æternâ & totali ipsorum salute offeruntur, &c.

Id. tom. 3. lib. 3. c. 21.

Proderit illi necessariò Christi Sanguis, & mors, pro quo Sanguinem illum fuderit, & mortuus fuerit; & cui nullo modo prodest, pro illo nec Sanguinem fudit, nec mortuus est, colum. 387.

Salvator omnium hominum, maximè fidelium.

Hæbreor. 2. *v.* 9.

Eum autem, qui modico quam Angeli minoratus est, videmus IESUM, propter Passionem mortis, gloriâ & honore coronatum, ut gratiâ Dei *pro omnibus gustaret* mortem.

Primæ Ioan. 2. *v.* 2.

Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.

Synodus Valentina 3. *c.* 5.

Firmissimè tenendum credimus, quod omnis multitudo fidelium, ex Aquâ, & Spiritu Sancto regenerata, in Christi Sangine, sit à peccatis suis abluta; quia nec in eis potuit esse vera regeneratio, nisi fieret vera redemptio. Paulò *inferiùs.* Ex ipsâ tamen multitudine fidelium redemptorum, alios salvari æternâ salute, alios quia redemptionis gratiam potiùs irritam facere, quàm servare elegerunt, ad plenitudinem salutis, & ad perceptionem æternæ beatitudis, nullo modo pervenire.

D. Cyprianus l. de opere. Et eleemosinâ diabolum inducit Christo objicientem & insultantem pro reprobis. Ego pro istis, nec alapas accepi, nec flagella sustinui, nec sanguinem fudi.

Ergo pro reprobis mortuus est Christus, alioqui vana Cypriani sententiâ.

Clemens Alexandrin. l. 7. stromatum pag. 2.

Servator est, non horum quidem, aut illorum; sed omnium.

D. Ambrof. l. 1. de Iacob. & vitâ Beatâ c. 6. in illa verba Rom. 8. pro nobis omnibus tradidit illum.

Mirè addidit pro omnibus, ut oftenderet, quod omnes ita diligat, ut dilectiffimum filium pro fingulis traderet.

Idem tom. 4. in Pfal. 48. circa primæ Timoth. fecundum v. 5.

Per hominem Dominum IESUM intelligamus, qui fufcepit hominis conditionem; ut in carne fuâ peccatum omnium crucifigeret, & Chirographum univerforum fuo cruore deleret.

Idem tom. 4. in Pfal. 118. v. 64.

Myfticus fol ille juftitiæ, omnibus ortus eft, omnibus venit, omnibus paffus eft, & omnibus refurrexit. Ideò autem paffus eft, ut tolleret peccatum mundi. Siquis autem non credit in Chriftum, generali Beneficio ipfe fe fraudat; ut fiquis claufis feneftris radios folis excludat, non ideo fol non eft ortus omnibus, quia calore ejus fe ipfe fraudavit; fed quod folis eft, prærogativam fuam fervat; quod imprudentis eft, communis à fe gratiam lucis excludit.

Idem tom. 4. l. de Paradifo c. 8.

Venerat Dominus IESUS omnes falvos facere peccatores, etiam circa impios fuam debuit oftendere voluntatem. Et ideo, nec proditurum (Iudam) debuit præterire. Et *infra*, quod in Deo fuit, oftendit omnibus, quod omnes voluit liberare.

D. Hyeronim. Epiftolâ ad Oceanum de Bigamiâ.

Mentitur Ioannes Baptifta, & digito Chriftum, & voce demonftrans, ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi; fi funt adhuc in fæculo, quorum Chriftus peccata non tulerit.

D. Chryfoft. primæ Timoth. 2. Hom. 7.

Quomodo illi non crediderunt? quia noluerunt. Suas tamen ille partes executus eft dùm pro illis in cruce penderet.

D. Auguft. tract. 4. in Ioan. fub initium.

Populi autem fpernentes propter fuperbiam fuam humilitatem Dei, crucifixerunt falvatorem fuum, & fecerunt damnatorem fuum.

Id. de Symbolo ad Catachum. l. 2. c. 8.

Videtis vulnera quæ infixiftis? Agnofcitis latus quod pupugiftis? Quoniam & per vos & propter vos apertum eft; neque tamen intrare voluiftis.

Idem in Pfal. 68. v. 27.

Loquens de Iuda prodit projecit pretium Argenti quo ab illo Dominus venditus erat; nec agnovit pretium quo ipfe à Domino Redemptus erat.

Idem contra Iulian. l. 6. c. 4.

Vnus, inquit Apoftolus, pro omnibus mortuus eft. Ergo omnes mortui funt. Oftendens fieri non potuiffe, ut moreretur nifi pro mortuis; ex hoc enim probavit, omnes mortuos effe, quia pro omnibus mortuus eft unus. Impingo, inculco, infarcio recufanti. *Paulò infrà* unus pro omnibus mortuus eft, ergo omnes mortui funt. Vide quia confquens effe voluit; ut intelligantur omnes mortui, fi pro omnibus mortuus eft. Quia ergo non in corpore, reftat ut in peccato effe mortuos omnes, fi pro omnibus Chriftus mortuus; nemo neget, nemo dubitet; qui fe non negat, aut dubitat effe Chriftianum.

Ibid. c. 9. Apoſtolus unum dicit fuiſſe, in quo omnes peccaverunt. In illo uno mortui ſunt omnes ut moreretur alius unus pro omnibus; unus enim pro omnibus mortuus; ergo omnes mortui ſunt, pro quibus Chriſtus mortuus eſt.

Idem tract. 92. in Ioan.

Compuncti corde converſi ſunt, & tanti Sanguinis, tam impiè atque immaniter fuſi indulgentiam perceperunt, ipſo redempti Sanguine quem fuderunt. Chriſti enim Sanguis ſic in remiſſionem peccatorum omnium fuſus eſt, ut ipſum etiam peccatum poſſet delere quo fuſus eſt.

D. Thom. in 1. Timoth. 2. v. 4. lect. 1.

Homo CHRISTUS IESUS eſt mediator Dei & hominum; non quorundam, ſed inter Deum & inter omnes homines. Et hoc non fuiſſet, niſi veniſſet omnes ſalvare.

Idem ibid. in fin 1. lect.

Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, pro aliquibus efficaciter, ſed pro omnibus ſufficienter: quia pretium Sanguinis ejus eſt ſufficiens ad ſalutem omnium; ſed non habet efficaciam, niſi in electis propter impedimentum.

Idem ad Habr. 12. v. 9.

In illud pro omnibus guſtaret mortem. Pro omnibus, dupliciter intelligi poteſt, &c. vel abſolutè pro omnibus quantùm ad ſufficientiam, &c. in cujus probationem affert locùm Apoſtoli, 1. ad Thimoth 4. Qui eſt Salvator omnium, maximè fidelium. Et *Chryſoſtomi*, pro omnibus hominibus generaliter mortuus, quia omnibus pretium ſufficit; etſi omnes non credunt, ipſe tamen quod ſuum eſt implevit.

S. Proſper pro D. Auguſtino, in præfacione, ad objectiones Vincentiones l. 2. dicit.

Illas omnes eſſe ineptiſſimarum blaſphemiarum prodigioſa mendacia, & impias ac profanas opiniones. Quarum prima eſt, quod Dominus noſter IESUS CHRISTUS, non pro omnium hominum ſalute & redemptione ſit paſſus.

S. Leo Papa Serm. 1. de Nativit. Domini.

Dominus noſter peccati mortiſque deſtructor; ſicut nullum à reatu liberum reperit, ita pro liberandis omnibus venit.

Idem Serm. 3. de Paſ. Dom.

Sic ad omnium redemptionem utebatur malitiâ perſequentium, ut in mortis ejus reſurrectioniſque Sacramento, etiam interfectores ſui poſſent ſalvi eſſe, ſi crederent.

Idem Ser. 11 de Paſſione. Pro omnibus impiis mortuo Domino, potuiſſet etiam hic (Iudas) conſequi remedium, ſi non feſtinaſſet ad laqueum.

Id. Ser. 1. de Paſ. Dom. ſub finem. Non enim Dominus in Cruce fruſtrà oravit dicens, Pater dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt. Quod remedium nec te Iuda, tranſiret, ſi ad eam pœnitentiam confugiſſes, quæ te revocaret ad Chriſtum, non quæ inſtigaret ad laqueum.

Id. Epiſt. 8. ad Epiſc. Paleſtinæ. Effuſio pro injuſtis, Sanguinis juſti, tam potens fuit ad privilegium, tam dives ad pretium, ut ſi univerſitas captivorum, in Redemptorem ſuum crederet, nullum tyramnica vincula retinerent; quoniam ſicut Apoſtolus ait, ubi abundavit peccatum, ſuperabundavit & gratia; & cum ſub peccati præjudicio nati, poteſtatem acceperint ad juſtitiam renaſcendi; validius factum eſt donum libertatis, quam debitum ſervitutis.

DOGMATA SEQVENTIA TANTAM CONTINENT IMPIETATEM, ut horrorem incutiant legentibus. Adeò horrenda sunt, ut ex officinâ diabolicâ prodiisse non sit dubium, & sic ultrices, non tantùm temporales, sed Tartareas flammas exposcunt.

MIROIR DE PIETE'.

Pag. 121. *in fine.* *Pag.* 122. *&* 123. *initio.*

Donc Dieu sans avoir égard aux merites, & ne considerant que sa misericorde, a dés l'éternité formé un dessein absolu & efficace, de separer quelques-uns de la masse du peché, & de leur donner sa grace & sa gloire, abandonnant les autres, & les *predestinant* aux supplices que leur crime a merité.

Pag. 124. *cerca finem. &* 125. *initio.*

Donc quoy qu'il soit simplement vray de dire que Dieu veut sauver tous les hommes, il n'est pas neantmoins *vray* de dire qu'aprés le peché, Dieu ait eu le dessein de sauver un chacun des hommes, il n'a eu dessein de sauver que ceux qu'il a choisis par sa misericorde.

Pag. 127.

Il est assuré que tous les hommes ne sont pas sauvez, il est incontestable *que Dieu ne veut pas sauver tous les hommes* sans exception.

Pag. 133. *in medio.*

Et Dieu ne leur a point preparé ses graces, &c. Pour

JANSENIVS.

Tom. 3. lib. 10. c. 2.

Hoc ipso reliqui, qui sic ab illo numero liberandorum beatissimo, seclusi sunt & negative reprobati; etiam positivè reprobati dici possunt: non enim sic prætermissi sunt à Deo, ut quodammodo manserit voluntas ejus, de ipsorum salute, vel perditione suspensa; sed sic, ut fuerit voluntas fixa, *eos relinquendi in eo statu, ex quo cæteros liberare statuebat. Ille autem citra dubium perditionis ac damnationis est status.*

Ib. tom. 3. l. 10. c. 4. col. 1022.

Cur ex duobus, quorum uterque originali culpâ maculatus est, hic non iste reprobatur à Deo? rei illius nulla omninò causa ex parte hominis à nobis dari potest, sed pendet à puro beneplacito Dei.

Idem tom. 3. l. 10. c. 2.

Non potest statui voluntas generalis quâ Deus omnes homines in damnatione primi peccati positos, velit salvos fieri; & ex quâ voluntate generalia remedia sint omnibus præparata.

Tom. 1. l. 8. c. 25. *Erronea est sententia recentiorum, qui exponunt locum Apostoli.* 1. Tim. 2. vult omnes homines salvos fieri; *de voluntate salvandi omnes quamtum in ipso est.*

DOCTRINA ECCLESIÆ.

Reg. 2. *c.* 14. *v.* 18.

Non vult Deus perire animam; sed retractat cogitans, nec penitùs pereat qui abjectus est.

Psal. 18. *v.* 7.

Nec est qui se abscondat à calore ejus.

Sap. 11. *v.* 25. *&* 26.

Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti, parcis autem omnibus, quoniam tua sunt Domine qui amas animas.

Ezech. 18. *v.* 23.

Nunquid voluntatis meæ est mors impij, dicit Dominus Deus? Et non ut convertatur à viis suis, & vivat.

Ibid. ult. Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus, revertimini & vivite.

Synodus Valent. 3. *anno Christi* 855. *Can.* 4.

Aliquos ad malum *prædestinatos esse Divinâ potestate videlicet*, ut quasi aliud esse non possint; non solum non credimus, sed etiam, si sunt qui tantum mali credere velint, cum omni detestatione sicut Arausicana Synodus, illis anathéma dicimus.

tous les autres qu'il laiſſe en la maſſe du peché, & pour leſquels il n'a point de penſées de ſalut, il ne leur prepare point des ſecours, avec qui ils puiſſent, au moins d'un pouvoir prochain, arriver où il ne les deſtine pas.

Pag. 134.

Et 2. s'ils ne ſont pas ſauvez, ce n'eſt pas toûjours parce qu'ils ne le veulent pas, mais parce que Dieu ne les veut pas ſauver.

Pag. 136. *circa medium.*

Il eſt hors de doute qu'il ne leur prepare point des graces, qui puiſſent leur meriter une gloire qu'il ne leur veut pas donner, ou qui leur puiſſent faire eviter les peines, dont ſa juſtice a arreſté le deſſein de punir leur crime.

Pag. 144. *in fine*, & 145. *initio.*

Il y en a pluſieurs, à qui vous n'avez donné cette grace que pour un temps, & que par un ſecret jugement, vous les devés laiſſer tomber dans l'erreur & dans le crime, & enfin les laiſſer mourir dans le peché, pour ne leur pardonner jamais.

Tom. 3. l. 3. c. 20.

Expoſitio enim ea, ab errantibus introducta, à veris gratiæ deffenſoribus, graviter improbata eſt.

Ibid. *Circa eos qui reprobandi, Deus ante omnem previſionem peccati actualis, habet voluntatem* fixam *eos relinquendi in eo ſtatu, ex quo cæteros liberare ſtatuit; ille autem, citrà dubium eſt perditionis, ac damnationis ſtatus.*

Ibid. *Profectò ſe ſic cum cæteris gerit, ac ſi neminem liberare, ſed omnes damnare ſtatuiſſet,* non ſufficientem redêptionem, ac gratiam præparãdo.

Ibidem. *Deus alios quos non elegit ad regnum, quia* noluit *eis intendere finem, nempè ſalutem,* noluit *eos eligere ad media hoc eſt ad fidem; & quia* noluit *eis iſtum finem,* noluit, *eis etiam, prædicationem & miracula fieri, quamvis videat eos, Evangelio ſic prædicato, obedituros.*

Conſentit Ianſenio Calvinus l. 3. inſt. c. 2. §. 11.

Si non poſſumus rationem aſſignare cur ſuos miſericordiâ dignetur, niſi quoniam illi ita placet; neque etiam in aliis reprobandis, aliud habebimus quam ejus voluntatem.

Idem l. 3. inſt. c. 23. §. 1.

Minimè eſt conſentaneum præparationem ad interitum, aliò transferre quam ad arcanum conſilium Dei.

Idem ibid. c. 22. §. 11.

Admonentur homines nihil

Concilium Tridentinum ſeſſ. 6. *Can.* 17.

Siquis juſtificationis gratiam, non niſi prædeſtinatis, ad vitam contingere, reliquos verò omnes qui vocantur, vocari quidem, ſed gratiam non accipere, *ut pote divinâ poteſtate prædeſtinatos ad malam, anathema ſit.*

Can. 6.

Siquis dixerit non eſſe in poteſtate hominis vias ſuas malas facere, ſed mala opera ita ut bona, Deum operari, non permiſſivè ſolum, ſed etiam propriè, & per ſe, adeo ut ſit proprium ejus opus, non minus proditio Iudæ quam vocatio Pauli anathema ſit.

D. Chryſoſt. hom. 7. *in Ioann.*

Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; illuminat profectò quantùm in ipſo eſt. Si qui autem ſponte ſuâ, mentis oculis conniventibus ad hujus lucis radios aciem dirigere noluerunt, non ex luminis naturâ in tenebris perſtiterunt; ſed ex malitiâ ſuâ, quâ ſponte tanto ſe dono indignos reddiderunt.

D. Th. lib. 3. *contrà Gent. c.* 159.

Deus quantum in ſe eſt, paratus eſt omnibus gratiam dare; vult enim omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, ut dicitur 1. *ad Timoth.* 2. ſed illi ſoli gratiâ privantur qui in

causæ quærere extra ejus voluntatem. Nempè de reprobatione.
Idem ibid. c. 24. §. 12.

Quos reprobos, in vitæ contumeliam, & mortis exitium creavit, ut iræ suæ organa forent, & severitatis exempla.

Idem in Ioan. 1. v. 2.

Sub omnibus, *reprobos non comprehendit; sed eos designat, qui simul credituri erant; & qui per varias mundi plagas dispersi erant.*

Idem in c. 17. Ioan.

Christus proprij gregis solummodo fuit sollicitus, & pro electis suis duntaxat oravit.

seipsis gratiæ impedimentum præstant. Sicut sole mundum illustrante, in culpam reputatur ei qui oculos claudit, si ex hoc aliquod malum sequatur; licet videre non possit, nisi lumine solis præveniatur.

Idem de veritate, q. 23. a. 2.

Quia ergo Deus omnes homines propter beatitudinem fecit, dicitur voluntate antecedente omnium salutem velle. Sed quia quidam suæ saluti adversantur, quos ordo suæ sapientiæ, ad salutem venire non patitur, propter eorum defectum, implet in eis alio modo id, quod ad suam bonitatem pertinet, scilicet eos per justitiam damnans.

In solut. ad 2. Vult Deus salvari omnes voluntate antecedente, ratione humanæ naturæ, quam ad salutem fecit; sed vult eum damnari voluntate consequente propter peccata, quæ in eo inveniuntur.

D. Aug. l. 6. Hypognost. Paulò post initium.

Cæteros pæna punit, quos ideo punit, quia quid essent futuri præscivit; non tamen ipse fecit puniendos, vel *prædestinavit*.

Ibid. Paulò post medium. Tenenda est inconcussa hujus disputationis regula . . . Peccatores in malis propriis, antequam essent in mundo, præscitos esse tantùm, non *prædestinatos*.

D. Prosper. l. 1. ad object. vinc. object. 2. Sincerissimè credendum est, atque profitendum, Deum velle ut omnes homines salvi fiant; siquidem Apostolus cujus ista est sententia, sollicitissimè præcipit, quod in omnibus Ecclesiis piissimè custoditur, ut Deo pro omnibus hominibus supplicetur.

ERRORES DAMNATI A SUMMIS PONTIFICIBUS CIRCA STATUM POSSIBILEM PURÆ NATURÆ.

DOCTRINE DU MIROIR de pieté.

Pag. 21. in fine.

Donc l'estat que l'on appelle de pure nature, c'est à dire, dans lequel une creature intellectuelle soit creée sans aucun secours surnatu-

JANSENIUS.

Tom. 2. lib. 1. c. 3.

Certum esse arbitror non posse produci à Deo, connaturali modo, creaturam rationalem, quin propter suum ultimum finem connaturalem producatur . . . Hic

DOCTRINA ECCLESIÆ.

Omnes speculi pietatis, Iansenij, & Calvini, Lutherique textus ad hanc propositionem reducuntur.

Deus non potuisset talem ab initio creare hominem,

rel, & ſans aucun deſſein de la faire joüir de Dieu, quoy qu'elle ſoit ſans aucun peché; cét eſtat, dis-je, ne ſe peut accorder avec la ſageſſe, la juſtice, & la bonté de Dieu.

Pag. 23. circa medium.

1. Que la ſageſſe, la juſtice, & la bonté de Dieu, ne peuvent former une nature intellectuelle & innocente, ſans luy donner les ſecours de ſa grace.

Pag 25. circa finem.

Et une creature intelligente ne peut qu'elle ne ſoit obligée à y porter tous ſes mouvements, & toutes ſes actions libres; en ſorte que tout ce qui n'eſt point fait pour cette fin, quelque bien qu'il ſoit d'ailleurs, ne peut eſtre une action de vertu; *Mais c'eſt neceſſairement* un défaut, & un peché.

Pag. 29. circa finem.

Pleurez donc le malheur de tant d'ames, qui n'eſtant point éclairées des lumieres de la foy, ne peuvent avoir aucun ſentiment de la veritable pieté, & qui ſans cette lumiere, & ſans ces ſentimens de la vraye Religion, non ſeulement ne peuvent faire aucun bien, *mais pechent infailliblement, en tout le bien qu'elles font*, ne le faiſant jamais pour la gloire d'un Dieu, que l'on ne peut connoiſtre, ny aimer ſans la foy.

autem connaturalis creaturæ rationalis, & ultimus finis, nec eſt, nec eſſe poteſt alius, quam unus & verus Deus, ut vero amore diligendus. Hoc enim poſtulat & ratio divinæ Providentiæ; &c. *Et ipſe ordo rerum connaturalis.*

Ibidem c. 4. in fine.

Perſpicuum eſt, non poſſe naturam rationalem, ſine dono gratiæ ſupernaturalis inſtitui.

Ibidem c. 19. circa finem.

Quâ de causâ & nos ſemper urſimus, non poſſe creaturam rationalem condi ſine Dei dilectione, vel ſaltem, ſine Dei diligendi poteſtate, &c.

Ibidem eod. cap. col. 775. propè finem.

Vnde Deo imputari deberet, non creaturæ, perverſitas ejus; & quicquid ſcelerum, ex illa creatæ voluntatis inſtitutione naſceretur.

Idem tom. 2. l. 3. c. 22.

Deus non potuiſſet, talem ab initio creare hominem, qualis modo naſcitur.

Idem ibid. l. 1. c. 20.

Nihil connaturalius innocenti imagini Dei, cùm capacitate Dei naturaliter conditæ, quam gratia.

Idem ibidem c. 3. & 7.

Sine Dei amore, & juſtitiæ, creatura rationalis, nec recta eſſe nec condi poteſt.

Conſentit Calvinus l. 1. inſt. c. 15. §. 4.

Dei imago, eſt integra naturæ humanæ præſtantia, quæ refulſit in Adam ante defectionem.

L. 1.

qualis nunc naſcitur.

Hæc eſt quinquageſima quinta damnata à ſummis Pontificibus Pio V. anno 1561 Kal. Octobris. Et Gregorio XIII. anno 1579. 4. Kal. Februar. his verbis.

Quas quidem ſententias, ſtricto coram nobis examine ponderatas, quamquam nonnullæ aliquo pacto ſuſtineri poſſent, in rigore, & proprio verborum ſenſu ab aſſertoribus intento, hæreticas, erroneas, ſuſpectas, temerarias, ſcandaloſas, & in pias aures offenſionem immittentes reſpectivè; ac quæcunque ſuper iis verbo ſcriptoque emiſſa, præſentium authoritate damnamus, circumſcribimus, & abolemus, deque eiſdem & ſimilibus poſt hac quocumque pacto loquendi, ſcribendi, & diſputandi, facultatem quibuſcunque interdicimus. Qui ſecùs fecerint, ipſos omnibus dignitatibus, gradibus, honoribus, beneficiis & officiis perpetuo privamus, ac etiam inhabiles ad quæcumque decernimus, vinculo quoque anathematis eo ipſo innodamus, à quo nullus Romano Pontifice inferior, valeat ipſos, excepto mortis artiulo, liberare.

Ianſenium non deterruit iſta cenſura irriſit anathema ſedis Apoſtolicæ; & ut ex ſupradictis patet, damnata

L. 1. inst. c. 15. §. 1. *Cujus (Dei) in contumeliam recideret, si quid vitij, inesse naturæ probaretur.*

Idem l. 2. inst. c. 1. §. 6. *Naturam illic notari*, in verbis Apostoli, eramus naturâ, filij iræ, *non qualis à Deo condita est; sed ut in Adam vitiata fuit, facilè colligitur, quia minimè consentaneum esset, Deum fieri mortis authorem.*

Lutherus in Gen. 3. *Dicunt (Papistæ) non solùm in hominis naturâ, sed etiam in diabolo, naturalia mansisse integra; hoc palam falsum est.*

nata dogmata sustinuit, immo, fatetur; his verbis, hæreo, fateor; & tamen cavillis censuras oppugnare conatur. Vt videre est, tom. 2. l. 4. de statu naturæ lapsæ c. 25. 26. 27. lib. 3. de statu puræ naturæ c. 22.

S. Dionysius de Divin. nom. c. 4. part. 4.

Nec Angelica munera his, (*scilicet dæmonibus*) tributa, aliquando permutata, sed integra sunt penitúsque conspicua.

Cyrillus Alexandr. l. 1. in Ioan. c. 15. sub initium. Immortalitatis bonum, suprà naturam suam consequutus est primus homo.

D. August. l. 6. de Gen. ad litter. c. 15. Posse non mori præstabatur Adamo de ligno vitæ, non de constitutione naturæ,

Idem l. 1. de peccat. meritis c. 3. sub initium. Si Deus Israëlitarum vestimentis præstitit, quod per tot annos non sunt attrita; quid mirum si obedienti homini, ejusdem potentiâ præstaretur, ut animale, ac mortale habens corpus, haberet in eo quemdam statum, quo sine defectu esset annosum?

Idem contra Maxim. l 3. c. 15. Homo ad Dei similitudinem factus, tamen quia non est unius ejusdemque substantiæ, non est verus filius, & ideo fit gratiâ filius, quia non est naturâ.

Idem l. 22. de civit. Dei c. 9. Simul in eis (Angelis) & condens naturam, & largiens gratiam *Ergo gratia superaddita, ad conditionem non pertinebat.*

Id. l. 3. de lib. arbit. c. 20. Ignorantia & difficultas, etiamsi essent hominis primordia naturalia, nec sic culpandus esset Deus, sed laudandus, sicut in eodem libro disputavimus.

D. Thomas q. 4. de malo. art. 1. ad 14. Carentia Divinæ visionis dupliciter competit alicui, uno modo sic; quod non habeat in se, unde possit ad divinam visionem pervenire; & sic carentia Divinæ visionis competeret ei, qui in solis naturalibus esset absque peccato; sic enim carentia Divinæ visionis non esset pœna, sed deffectus consequens omnem naturam creatam.

Idem in 2. dist. 30. q. 1. in corpore. Factâ deordinatione à fine per peccatum, relictus est homo tantum in illis bonis, quæ cum ex naturalibus principiis consequuntur. Isti defectus possunt dupliciter ad naturam humanam comparari; vel ad eam ut in principiis suis naturalibus consideratur; & sic procul dubio non sunt pœnæ ejus, sed naturales defectus.

Idem in 2. dist. 31. q. 1. art. 1. Vnde factum est ut primo homine peccante, natura humana quæ in ipso erat, sibi relinqueretur, ut consisteret secundum conditionem suorum principiorum.

Id. 1. p. q. 95. art. in corp. Manifestum est quod illa subjectio corporis ad animam, & inferiorum virium ad rationem, non erat naturalis: Alioquin post peccatum mansisset, cùm etiam in dæmonibus data naturalia, post peccatum permanserint.

Scotus in 2. dist. 28. q. unicâ. Potuit aliquis esse in puris naturalibus, tam sine gratiâ quam culpa.

EXTINCTA LIBERTAS ARBITRII, ET INDVCTA INeluctabilis peccandi necessitas per peccatum protoparentis, Iansenij & Calvini errores.

MIROIR DE PIETE'.

Pag. 8. circa principium.

Puisque si vous estes dans l'impuissance pour le bien, c'est que vostre *liberté s'est renduë captive du peché*; & vous n'avez de penchant pour le mal, que parce que vostre volonté s'est separée du bien veritable.

Pag. 82. circa finem.

Donc l'homme criminel, qui est abandonné à luy méme, n'a *de liberté, que pour pecher.*

Pag. 84. circa medium.

Si donc l'homme criminel, que Dieu abandonne à ses cupiditez, n'a d'inclination ny d'amour que pour le peché; *il n'a de liberté que pour pecher*; si le peché est le maistre de son cœur, à qui peut-il servir qu'au peché?

Pag. 85.

Si la liberté de l'homme est le premier de ses avantages; de *n'avoir plus de liberté que pour pecher*, n'est-ce pas le plus grand de ses malheurs? Il est glorieux d'estre libre; mais de n'estre libre que pour se perdre, quelle infamie?

JANSENIVS.

Tom. 3. l. 7. c. 10. col. 779.

Cùm arbitrio in utramque partem libero, & flexibili, conditus est primus homo; sed ex spontanea discretione illa æquabilis libertatis indifferentia periit.

Tom. 2. l. 4. c. 18.

Et ita quidem ad bonum morale faciendum, ut ante gratiam propriè dictam, non sit liberum à peccando abstinere; sed quocumque se verterit homo, hic & nunc in singulis actibus, quâdam humanis viribus, insolubili peccandi necessitate teneatur.

Tom. 3. l. 1. c. 4.

Itaque libertas ad faciendum bonum, & ad abstinendum à malo interiit, *& loco libertatis, peccandi* necessitas *consequuta est. Voluntas enim concupiscentiæ imperio, & ponderi ita indesinenter servit, eodem planè modo, quo voluntas beatorum in omnibus omnino motibus, servit Divinæ charitati.*

Idem sentit Calvinus in Antidoto sess. 6. Conc. Trid. ad Can. 5.

De verbo ne moveamus Rixam, sed quia liberum arbitrium intelligunt eligendi facultatem;

DOCTRINA ECCLESIÆ.

Vide textus Allatos suprà circà tertiam propositionem, ad merendum & demerendum, &c. & adde.

Zachar. 11. v. 12.

Si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem meã; & si non; quiescite.

Matthæi 19. v. 21.

Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & veni, sequere me.

Primæ Corinth. 7. v. 37.

Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem; *potestatem* autem habens suæ voluntatis, & hoc judicavit in corde suo servare Virginem suam, benefacit.

Numeri 30. v. 14.

Si mulier voverit, in arbitrio viri erit, sive faciat, sive non faciat.

Concil. Constantien. sess. 8.

Damnat 45. propositiones Vvicleffi quarum 25. sic habet.

Omnia de necessitate absolutâ eveniunt.

Hos Sancta Synodus præfatos articulos 45, examinari fecit, & sæpius recenseri; quibus examinatis, repertum

Pag. 86. Donc l'homme sans l'aide de la grace, est dans *une necessité de pecher.*

Pag. 87. Ce qui fait *la liberté* de l'homme criminel, c'est ce qui fait *sa necessité*, & s'il ne peut que *pecher*; il est sensible, qu'en cét estat, il est *dans la necessité de pecher.*

Pag 89. *circa medium.*

Ce seroit adjoûter l'insolence, à ma disgrace, de dire que mon peché, n'est plus un crime, *parce que je ne puis que je ne l'aime.* Ce seroit un orgueil bien temeraire, de dire que mon peché *merite quelque excuse*, parce que *Dieu ne m'a pas donné ses graces.*

Pag. eâdem circa finem.

Donc l'homme criminel *a perdu sa liberté pour le bien*, & sans la grace il ne luy reste plus que *pour le mal.*

Pag. 90. *paulò ante medium.*

C'est assez d'entendre que l'homme corrompu est dans la *necessité de pecher*, &c. il n'a plus de *liberté* pour le bien.

Pag. ead. circa fin. pag. 71. *initio.*

Dire aussi que l'homme criminel n'a plus de *liberté que pour pecher*, & qu'il a *une necessité malheureuse de pecher*; c'est dire que de luy mesme, il ne *peut* plus de luy mesme que *pecher*, & qu'il ne *peut* plus de luy mesme avoir que le peché.

Pag. 77. *ante medium.*

Donc aprés la cheute d'A-

quæ sit in utramque partem libera & soluta, titulum sine re esse *qui affirmant Christum habent authorem.*

Lutherus, in enarratione in Psalmos, in resolutione circa Conc. 7.

Liberum arbitrium est figmentum in rebus, *seu titulus sine re, quia nulli est in* manu suâ, *quidpiam cogitare, vel boni, vel mali, sed omnia de* necessitate absolutâ eveniunt.

Calvinus l. 2. inst. c. 3 §. 5.

Si liberam Dei voluntatem non impedit, quod necesse est illum benè agere, si diabolus qui non nisi male agere potest, voluntate tamen peccat; quis hominem, ideò minus voluntariè peccare dicet; quod sit peccandi necessitati *obnoxius?*

Idem l. 1. inst. c. 15. §. 8.

Qui verò Christi se discipulos esse professi; in homine perdito, & in spirituale exitium demerso, liberum arbitrium adhuc quærunt, *inter Philosophorum placita, & cælestem doctrinam partiendo, planè desipiunt, ut nec cælum, nec terram attingant.*

Idem ibid.

Poterat igitur stare Adam, si vellet, quādo non nisi propriâ voluntate cecidit; sed quia in utramque partem flexibilis erat ejus voluntas, ideò tam facile prolapsus est.

Luther. Tom. 3. *de servo arbitr. sequitur* necessario nos operari necessariò dico, *non coactè.*

fuit aliquos & plures ex ipsis fuisse, & esse notoriè hæreticos, & à sanctis patribus reprobatos, &c. Propterea Concilium pronunciat hæreticum Ioannem Vvicleff. ac memoriam ejusdem condemnat; & mandat exhumari ossa ipsius & cremari.

Concil. Trident. sess. 6. *cap.* 1. *in fine.*

Vsque adeo servi erant peccati, & sub potestate diaboli ac mortis; ut non modo Gentes per vim naturæ; sed ne Iudæi quidem per ipsam litteram etiam legis Moysi, indè liberari, aut surgere possent: tametsi in eis *liberum Arbitrium minimè extinctum esset viribus* licet attenuatum & inclinatum.

Idem Can. 5. Si quis liberum hominis arbitrium, post adæ peccatum amissum, & extinctum asserit; aut rem esse de solo titulo, immò titulum sine re, figmentum denique, à satanâ invectum in Ecclesiam, anathema sit.

Tertullianus l. 2. *contr. Marcion. c.* 4. *&* 5.

Adscripta est homini quasi libripens emancipati à Deo boni libertas, & potestas arbitrij, *&c.* Tota ergo libertas arbitrij in utramque partem concessa est illi, ut sui Dominus constanter occurreret, & bono sponte servando, & malo sponte vitando. Cæterùm nec boni, nec mali

dam, les hommes ne *peuvent aimer que le peché.*

Pag. 183. infrà medium.

Donc la volonté fait *necessairement*, quoy qu'avec une entiere liberté, ce qui luy plait d'avantage.

merces jure pensaretur ei, qui aut bonus, aut malus, *necessitate fuisset inventus, non voluntate.*

D. August. Tom. 7. l. 1. c. 2. & 3. ad Bonifacium Papam.

Quis autem nostrum dicat, quod primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de humano genere?

Non itaque sicut dicunt nos quidam dicere, & iste audet insuper scribere, *omnes in peccatum velut inviti, carnis suæ necessitate coguntur*, sed si jam in eâ ætate sunt, ut propriæ mentis utantur arbitrio, & in peccato, suâ voluntate, retinentur; & à peccato in peccatum suâ voluntate præcipitantur. Neque enim agit in eis etiam qui suadet; & decipit, nisi ut peccatum voluntate committant, vel ignorantiâ veritatis, vel delectatione iniquitatis, vel utroque malo, & cæcitatis, & infirmitatis.

Idem ibid. l. 2. c. 5. Iam nunc illa videnda sunt, quæ in Epistolâ suâ nobis objicientes, breviter posuerunt, quibus hæc est nostra responsio; peccato Adæ arbitrium liberum de hominum naturâ periisse non dicimus, sed ad peccandum valere, in hominibus subditis diabolo.

CIRCA PROPOSITIONEM QVOD OMNIA INFIDELIVM OPERA SINT PECCATA.

MIROIR DE PIETE'.

Pag. 29. circa finem

Pleurez donc le malheur de tant d'ames, qui n'estant point éclairées des lumieres de la foy, ne peuvent avoir aucun sentiment de la veritable pieté, & qui sans cette lumiere & sans ces sentimens de la vraye Religion, *non seulement ne peuvent faire aucun bien, mais pechent infailliblement en tout le bien qu'elles font*, ne le faisant jamais pour la gloire d'un Dieu, que l'on ne peut connoistre, ny aimer sans la foy.

Pag. 31. circa medium.

Donc il ne se peut faire qu'une action libre, qui est faite

JANSENIUS.

Tom. 2. de statu naturæ lapsæ l. 4. c. 27.

Omnia opera infidelium sunt peccata, & virtutes Philosophorum sunt vitia.

Idem ibid. l. 3. c. 14.

Ante fidem non ex humano arbitrio liberum à peccato, dùm hic, & nunc, agere meditatur, abstinere; sed quocumque se verterit, quâdam humanis viribus insolubili peccandi necessitate tenetur.

Ibidem l. 4. c. 3.

Sola absentia fidei sufficit, ut omnia opera infidelium vera sint peccata.

Ibidem l. 4. c. 17.

Nugæ, delirium, insania, error, impietas,

DOCTRINA ECCLESIÆ.

Exodi 1. v. 21.

Quia timuerunt obstetrices Dominum Deum, ædificavit eis domos.

Ezechiel. 29. v. 18.

Fili hominis Nabuchodonosor Rex Babylonis servire fecit exercitum suum, servitute magna adversus tyrum. *Et merces non est reddita ei*, neque exercitui ejus de Tyro, pro servitute quâ servivit mihi adversus eam propterea hæc dicit Dominus Deus, ecce ego dabo Nabuchodonosor Regem Babylonis in terrâ Ægypti: & accipiet multitudinem ejus, &c.

Daniel.

faite sans la foy, qui agit par charité, *ne soit pas un peché.*

Pag. 32. infrà medium.

C'est donc une suite, aussi evidante, que necessaire, *que toute action*, qui est libre, & qui ne vient pas de la foy, & de la grace, *est un peché.*

Pag. 37. paulò infrà princip.

Ny faire aucun bien, sans commettre *quelque peché, & violer quelque loy.*

Eâdem pag. circa finem.

Puisque nous sommes assurez, que le secours de la grace, est absolument necessaire à l'homme, en toutes ses actions; non seulement pour les faire avec merite, *mais aussi pour les faire sans peché.*

impietas, contraria Christianorum sensui, scripturis & fidei; quod infidelium sit ulla vera virtus, vel opera sine peccato.

Consentit Calvinus l. 3. inst. c. 14 §. 14.

Est maledictum (opus infidelium) *nec modo, nullius ad justitiam pretij, sed certi in damnationem meriti, quicquid cogitat, meditatur, perficit homo, antequam Deo, per fidem reconcilietur.*

Idem in antidot. sess. 6. in Can. 7.

Sine quâ (fide) *quæ videntur bona opera*, *in* peccata *vertuntur.*

Idem ibidem.

Ideò peccant infideles, quicquid agant, quod facta sua, non ad legitimum finem referant.

Daniel. 4. v. 24.

Quomobrem Rex, Consilium meum placeat tibi, & peccata tua, eleemosinis redime.

Rom. 2. v. 14.

Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt.

Actor 10. v. 4.

Orationes tuæ, & eleemosinæ tuæ ascenderunt in memoriam, in conspectu Dei. *Loquitur Angelus Cornelio Gentili.*

Concilium Tridentr. sess. 6. Can. 7.

Si quis dixerit, opera omnia quæ ante justificationem fiunt quâcumque ratione facta sint, vere esse peccata, vel odium Dei mereri, aut quantò vehementiùs quis nititur se disponere ad gratiam, tantò eum gravius peccare anathema sit.

D. Hyeronim. in Ezech. 29. v. 18. Ex eo quod Nabuchodonosor, *mercedem*, accipit boni operis, intelligimus, etiam Ethnicos, si quid boni fecerint, non absque mercede, Dei judicio præteriri.

D. Chrysost. Homil. 5. in Epistolam ad Rom. post med. Per hæc rursus ostendit Deum sic hominem finxisse, ut possit per se virtutem eligere, ac vitium declinare.

D. August. Epistolâ 5. ad Marcel. Rempublicam primi Romani instituerunt, auxeruntque virtutibus, *&c.* Custodientes quamdam sui generis *probitatem*, &c. Deus ostendit in illo imperio, *quantum valerent civiles, etiam sine verâ religione virtutes.*

D. Thom. 2. 2. q. 10. art. 4 in corp. Manifestum est quod infideles non possunt operari bona opera, quæ sunt ex gratiâ, scilicet opera meritoria. *Tamen bona opera ad quæ* sufficit bonum naturæ, aliqualiter operari possunt; unde non oportet, quod in omni *suo opere peccent.*

Omnia opera infidelium, *&c.* Hæc propositio Iansenij, fuit damnata à duobus summis Pontificibus Pio V. & Gregoor. XIII. Et est, vigsima sexta inter 79. propositiones damnatas.

Integro volumine vix ponerentur cæteri errores, properemus ad finem.

CONCLVSIO.

EX facto jus oritur. Quid igitur juris, in profligandis Tartarei ſpeculi impietatibus, erroribus, blaſphemiis, hæreſibus? Illud profectò quo jam flammis ultricibus, alibi datum eſt, lictoris manu. Vniverſa jam penè Galliâ gemens deplorat, & brevi, forſan, (quod Deus avertat) totus dolebit orbis Chriſtianus, ſe Ianſenianæ hæreſeos peſte infectum; dùm variis technis, machinis, fraudibus, & pecuniis, novatores, antiquæ ſolidęque pietatis hoſtes, Avitam Religionem convellere, Sacramenta deſtruere, niſi ſunt, ac nitunrur in dies; evulgatis libellis, quibus ſpecioſos, ut apparet, affigunt, affinguntque titulos, ementitisnominibus, & confictis, quorum ſi panderentur, ac prodirent veri authores, eiſdem (niſi fortè reſipiſcerent) flammis jure devoverentur. Vulpinâ interim fraude deliteſcunt, & pietatis ſpeciem circumferentes, infirmas percutere conantur fratrum conſcientias; quaſi promiſſa Eccleſiæ Chriſtianæ, & ſummo Romano Pontifici commiſſa firmitas, vanis hæreticorum machinationibus concuti poſſet. Ita fędatam ſæpiùs audivimus, non tantum preſſuris gentium, ſed etiam hętericorum erroribus Chriſti Eccleſiam; ut eam, ſi fieri poſſet, Redemptor ipſius, ad tempus prorsùs deſerviſſe videretur, nec tamen longè receſſit, nec deſpexit in opportunitatibus, & tribulatione; nec oblitus eſt, nec obliviſcetur in finem; nec faciem ſuam avertet à ſperantibus in eum; quia non obliviſcitur orationem pauperum; nec de ſuâ miſericordiâ confidentes, confundi patitur. *Videt* quippe Dominus laborantes in mari, quamvis ipſe poſitus in terrâ; quia etſi ad horam differre videatur auxilium trilulatis impendere; nihilominùs ne in tribulatione deficiant, fortitudine ſuâ corroborat, & ſæpiùs manifeſto adjutorio, victis adverſiratibus, quaſi calcatis, ſedatiſque fluctuum voluminibus liberat. Quorsùm verò tot fraudes? quorsùm tot ementitæ pietatis Larvæ? Dicente Domino, receperunt mercedem ſuam; quia vera juſtitia peccatoris compaſſionem habet, falſa dedignationem. Vera Chriſti juſtitia peccatoribus compatiebatur, falſa Phariſæorum juſtitia eoſdem dedignabatur; ideo prædicat Dominus, non veni vocare juſto, ſed peccatores. Faceſſat igitur procul fraudulenta pietas, non aliâ mercede donandâ, quàm, eâ, quæ à Chriſto Domino repromiſſa eſt; receperunt mercedem ſuam. Niſi abundaverit juſtitia veſtra, pluſquàm Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in Regnum Cœlorum. Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecùs autem ſunt lupi rapaces, ſed à fructibus eorum, cognoſcetis eos. Quos igitur fructus profert, aut protulit lernæum ſpeculum, ſub nomine pietatis? Variis Ambagibus, tædioſis repetitionibus, apertis contradictionibus, legentium mentes innodare nititur, ut ſub quodam ſenſu, in ſpeciem vero, hæreticæ pravitatis, ac falſitatis dogmata, adytum in animo poſſint invenire. Venenum in auro bibitur, fallit vitium ſpecie virtutis & umbrâ. Quid tandem ſenſatis Theologis colligere fas eſt? Niſi diabolicum indiculum, qualibus potuit; ſententiis comprehenſum, compoſuiſſe Authorem ſpeculi pietatis, ineptiſſimarum plurimarum, blaſphemiarum mendaciis refertum; quæ nihilominus oſtendenda, & ingerenda omnibus, publicè privatímque Authoris fautores circumtulerunt. Aſt, inquiunt, utinam Latino idiomate ornatum prodiiſſet ſpeculum pietatis; qnia ſic ignorantium captui, fucum feciſſet; nec tot extitiſſent vani cenſores. Sed

callent protinùs fautores; & forsan Authores hujusmodi, veritati fucum facere, ut dare verba seni, difficillimum esse; veritati præscribere neminem posse; veritatemque, in omnem sui partem, semper eandem esse. Nec minùs Theologis Catholicis paterent insidiæ; nec minùs in speculo sanæ mentis, veritatis radij reflecterentur. Frustrà sermonis præstigias miscere conatur Author speculi, quicumque tandem ille sit: sed qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus. Purgatus fidei oculus discutit offusas errorum tenebras, & columnæ ignis, per noctem hæresis, ductu tutissimo, inter prærupta hæreseon Saxa, firmum figere pedem jubet alumnos, nec æstuantis, aut Lymphatæ falsitatis pertimescit horrores. Objicient fortassis speculi errorum fautores, miram illam ac penè insolubilem, multiplici nexu, catenam, quâ æterna Dei decreta, libertatis amissæ reparatio, justificationis humanæ mysterium, nova sanctificationis œconomia explicantur. Catenam fateor, illi similem, cujus postremus nexus tartari portis inhæreat. Nexus fateor, gordio nodo intricatiores, & ut verbo dicam, aufractus & labyrinthum, Ariadneo nunquam filo extricandos; & ut Tertulliani verbis utar, irrespirabile Hypobrichium excussis à fidei navi, quibus certissimum salutis imminet naufragium. Nec minùs falleret damnatum speculum, Latino conscriptum idiomate, verùm etiam faciliùs anathemata pravæ doctrinæ Calvinianæ, ac Iansenianæ denunciata, quasi de verbo ad verbum reperirentur opposita. Latere voluit Author; nec tamen latere potuit fraudulenta calliditas; ubi hæresis venenum, verbis penè aureis circumfusum voluit propinare. Nec minùs Gallicè quam Latine, hæreses docet, & profitetur, ac inculcat. Superest ultimum propugnaculum, ex Divi Augustini authoritate petitum. Proh dolor! etiam sanctissimum Patrem volunt hæresis habere deffensorem speculi pietatis author, & fautores. Frustra tot sententias, frustra tot textus, huic nefando speculo affixit author, vero Divi Augustini sensui repugnantes. Vetum Augustinum, falso & ementito Augustini sensui opponimus; nec enim Augustinus, & non Augustinus, simul & semel esse potest; nisi fortè Augustino tanto Doctori, speculi Author & fautores, *desultorium* velint ingenium affingere, quod illi protinùs adhæreat authoritatem. Verum Augustinum, ac veri Augustini verum sensum, sola novit Ecclesia Catholica, mille sexcentis annis Calvino, & Iansenio anterior; cujus authoritas Augustinum in suo gremio retinuit. Meminerint Author & fautores, Augustinum sic contra Cresconium Grammaticum disputantem, sibi Divi Cypriani, Stephano Papæ resistentiam objicientem. *Non recipio, inquit Augustinus, sensum Cypriani, quia non recipit Ecclesia, pro quâ Cyprianus Sanguinem fudit.* Sensum Augustini recipimus, quem Catholica recipit Ecclesia; pro quâ tot labores Exanthlavit Augustinus, pro quâ tot lucubrationes exaravit Augustinus, qui licet præsul Hypponensis, Bonifacium tamen Papam altiùs præsidere fatetur; & ad beatitudinem suam scribit, de his rebus, quæ curam Episcopalem Augustini, si qua in nobis est, inquit Augustinus, sollicitant; licet communis sit omnibus nobis, qui fungimur Episcopatus officio; *Quamvis ipse in eo præemineas celsiore fastigio speculæ Pastoralis.* Facio quod possum, pro mei particulâ muneris, ut pestilentibus, & insidiantibus hæreticorum scriptis, medentia & munientia scripta prætendam; quibus Rabies quâ furunt, aut etiam ipsa sanetur, aut à lædendis aliis repellatur. Finem dicendi facio post Augustini effata. Lectores autem Catholicos obtestor, ut æqui bonique consulant, si quid brevioris temporis, in eruendis speculi pietatis, impietatibus, blasphemiis, & hæresibus, impendere valui; si hoc ipsum tempus me furatum dicam, gravibus,

continuiſque, ac neceſſariis curis, & occupationibus detentus; eorum, inquam, ſinceram pietatem compello, ut exiguitatis noſtræ ſuppleant vires, & labores adjuvent, quibus pro avitæ, Romanæque pietatis ac Gallicæ, decertare compellimur. Supremorum judicum juſtitiam, & pietatem implorando, ut ſenſim ſerpentis novæ hæreſeos veneni progreſſum, novo & ſeveriore effato, quo flammis ultricibus, lictoris flatu ſuccenſis, ſpeculum impiæ pietatis tradatur publicè, impediant. Iuxta ſummorum Pontificum conſtitutiones, & definitiones, Regiaſque ſanctiones, & varia ſanctioris Conſilij effata; ac aliarum ſupremarum Curiarum placita & Senatus Conſulta. Et ut quæ deſunt, &c. jus & juſtitiam implorando.

APPENDIX

Extractum ex Theſibus propugnatis Gratianopoli die 29. Auguſti anno 1677.

Columm. 3. n. 9. circa medium.

Dilligentibus Deum, &c. Cùm nondum nati eſſent, aut aliquid boni vel mali egiſſent, Iacob dilexit, Eſaü odio habuit. *Illi quo perſeveraret Divinum affuit auxilium; iſti quo ſubſiſteret Divinum deffuit præſidium.*

Calvin. l. 3. inſt. c. 23. §. 2. Eſſe igitur quo expoſtulent homines, ſi nudo ejus arbitrio, *citrà proprium meritum, in æternam mortem prædeſtinantur.*

Idem ibid. c. 22. §. 3. Vbicumque verò regnat hoc Dei placitum, nulla, in conſiderationem veniunt opera.

Idem. ibid. c. 22. §. 11. Loquens de Iacob & Eſaü interpretans locum Pauli allatum in Theſi. Deinde, ubi objectionem movit; nùm iniquus ſit Deus? illud quod certiſſimum, & apertiſſimum fuiſſet, juſtitiæ ejus patrocinium, non uſurpat; Deum rependiſſe Eſaü ſecundum ſuam malitiam; ſed diverſâ ſolutione contentus eſt, *Quod in hunc finem excitentur reprobi, ut Dei gloria per illos illuſtretur, . . . Vides ut in ſolum Dei arbitrium utrumque conferat.*

Concilium Tridentin. ſeſſ. 6. Can. 6. Si quis dixerit, non eſſe in poteſtatate hominis, vias ſuas malas facere, ſed mala opera, ita ut bona, Deum operari non permiſſivè ſolùm, ſed etiam propriè, & per ſe; adeò ut ſit proprium ejus opus non minùs proditio Iudæ, quam vocatio Pauli; anathema ſit.

D. Auguſt. l. 1. ad Simplician. q. 2. Noluit ergo Eſaü, & non cucurrit, ſed & ſi voluiſſet, & cucurriſſet, *Dei adjutorio perveniſſet: quia ei, etiam velle & currere, vocando præſtaret, niſi vocatione contemptâ, reprobus fieret.*

Vide Lector, & ingemiſce, quoúſque proruperit hæretica licentia. Vide quem ſequaris? an Eccleſiam & Auguſtinum? an Calvinum & fautores? vide utra ſententia ſit Catholica, an hæretica? an Augſtinianâ an quæ continetur in Theſi? hæc nimirùm expoſcunt juſtæ cenſuræ ſeveritatem.

APPROBATION.

I'Atteste avoir leu le present manuscrit fait en forme de Factum, qui prouve que la Doctrine du livre intitulé, *le Miroir de la pieté Chrestienne*, est tirée de celle de Iansenius, & principalement des cinq propositions condamnées par les Papes Innocent X. & Alexandre VII. & n'y avoir rien remarqué de contraire à la Foy orthodoxe, ny aux bonnes mœurs; Mais au contraire estre remply de tres-belles authoritez de l'Escriture Sainte, des Conciles, & des Saints Peres, capable de detromper ceux qui auroient pû estre prevenus par le titre specieux, & Religieux de ce livre, & par l'eloquence, dont l'Autheur s'est servy, pour gagner les foibles, & pour faire recevoir sa doctrine des gens simples, & peu éclairez dans les veritez de la Foy. Fait à Grenoble le dix-huictiéme Iuillet 1678.

Frere MARC DE BERVLE Docteur & Professeur en Theologie de l'Ordre des Mineurs Conventuels de S. François.

AVTRE APPROBATION.

Ie soussigné certifie avoir leu le present manuscrit fait en forme de Factum, & rends les mesmes témoignages que dessus à la Verité. Fait à Grenoble le 18. Iuillet 1678.

Frere MICHEL L'ANGE Docteur en Sainte Theologie, Definiteur perpetuel de l'Ordre des Mineurs Conventuels de l'Ordre de S. François.

Obmission faite à la premiere Proposition page 3.

Innocentius X. Primam prædictarum propositionum, aliqua Dei præcepta hominibus justis volentibus, & conantibus, secundùm præsentes, quas habent vires, sunt impossibilia; Deest quoque illis gratia, quâ possibilia fiant: Temerariam, impiam blasphemam, anathemate damnatam, & hæreticam declaramus; & uti talem damnamus.

